que aſtruit poſt ꝯſecrationē non eſſe in altari verū corpꝰ chriſti ⁊ verū ſanguinē, ſed tantū ſacramentum corporis ⁊ ſanguinis chriſti. Unde Berengarius in plena ſynodo coram Nicolao papa ſe purgauit, ⁊ prefate hereſi in totum abrenūciauit, ⁊ cōfeſſus eſt ꝙ ſub ſpecie panis ⁊ vini verū corpꝰ chriſti et verꝰ ſanguis lateat, et ſumatur a fidelibus non tantum in ſacramēto, ſed in rei veritate: ⁊ ꝯfeſſus eſt ſe credere de corpore chriſti qd catholica tenet eccl'ia. Et hanc confeſſionē quā fecit, mittit papa epiſcopis ꝑ diuerſas prouincias.
m ¶ Omnē. hoc fecit ex abundanti: q₃ nō tenet ſe purgare niſi de hereſi de qua erat infamatus. arg.ij.q.v. pbr̄ ſi a plebe. licet ſit ar. cōtra, q₃ qui deliquit in vno, factus eſt oīm reus. s.de pe.di.v.c.vlt. et errat in tota trinitate, qui errat in vna perſona.j.diſ.iiij.in ſynodo.Io.
n ¶ Panē.i.ſpecies panis ⁊ vini eſſe ſacramentū tantum.
o ¶ Chriſti eſſe.i. non ꝯtinere ſub ſe verū corpꝰ chriſti ⁊ verum ſanguinem poſt ꝯſecrationē.
p ¶ Vel frangi.i. fract₃ aut trit₃ ſpeciebꝰ ſumi.
p ¶ Vel frangi.i. nō tantū pondus ⁊ reliquas ſacramēti q̄litates ſenſibꝰ corporeis ꝑcipi fateor, ſꝫ etiā ſub illis ſpeciebꝰ fractis et attritis partibꝰ totū ⁊ integrū chriſti corpus eſſe ꝓfiteor, totū māducari, totuꝫ ſumi.j.e.q̄ manducat.
q ¶ Dentibꝰ. niſi ſane intelligas verba Berēgarij, in maiorem incides hereſim q̄ ipſe habuit, ⁊ ideo oīa [illegible] ras ad ſpecies ipſas: nam de chriſti corpore partes nō facimꝰ: vt.j.eo.qui manducat.
r ¶ Homouſion.i.eiuſdem ſubſtātie. Additio. Homon in greco, idē eſt qd idē vel vnū. Uſia.i.ſubſtātia: ideo dicitur trinitas homouſion.i.vniꝰ ſubſtātie. Archi.

Arg. ad hoc. C.de teſta.teſtamen tū.ſꝫar. ꝯ.ff. vt leg. no. l.hec ſtipulatio §.diuꝰ Archi.

Parteo nō fiūt de corpore chriſti.

Ego Berēgarius. ¶ Hec eſt.xvj.pars di.in qua ꝓbat per.ix.ca.ꝙ in ſacramēto altaris nō ſolū eſt ſacramentū, ſed verū corpus, ⁊ verꝰ ſanguis, tamē ſub ſpeciebus panis ⁊ vini, adopertū eſt tamē idem corpꝰ qd eſt de virgine natum. Io.de fan.
¶ Caſus. Berēgariꝰ iſte fuerat infamatꝰ de illa hereſi

a ¶ Lecto. huc uſq; verba Berengarij fuerunt: ea que ſequuntur, ſunt verba notarij.
b ¶ Miſit. Ergo ſicut excōicationis ep̄la mitti dȝ ꝛc. xj. q. iij. cure. ita ꝛ abſolutionis: vt. viij. q. vlt. c. vnico. ✝
c ¶ De reuerſo. ad fidem.
d ¶ Cōuerſo. ad deum. ar. de peni. diſt. j. agite. j. q. vij. didici.

✝ ſic. xv. q. v. de crimiſe. arg. de pe. di. j. agite. ȝ j. q. vij. didici. Archi.

Forte dicas. ¶ Caſ. Quidā mirabanẗ quomodo in ſacramento ſit caro Chriſti ꝛ ſanguis, cum ibi non appareat forma carnis ꝛ ſanguinis Chriſti. Et reſpondet Amb. hoc fieri verbo ꝛ virtute dei, vt ſub aliena ſpecie ſumereẗ corpus et ſanguis Chriſti, ne viderentur homines carnē humanā ſumere ꝛ ſanguinē, ꝛ dicerēt ſicut apoſtoli dixerunt. Durꝰ eſt hic ſermo. ꝛ receſſerunt a chriſto.
e ¶ Forte. Sunt quidā qui non credunt corpus Chriſti eſſe in altari, q̄r impoſſibile eis videtur qđ dicit, preterea quia non videtur niſi ſpecies panis et vini. In prima ergo parte ponit eorū dubitationem. In ſecūda oſtendit nō eſſe impoſſibile, et quare ſub ſpecie panis et vini corpus et ſanguis ſint in altari.

Joan. vj. g.

Lecto[a] ꝛ perlecto ſponte ſubſcripſi. Hanc confeſſionē ſue fidei de corpore et ſanguine dn̄i noſtri Jeſu chriſti a Berēgario Rome coram. cxiij. ep̄is factā, miſit[b] papa Nicolaꝰ per vrbes Italie, Germanie, Gallie ꝛ ad quecūq; loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit, vt eccleſie que prius doluerant de auerſo atq; peruerſo, poſtea gaudeant de reuerſo[c] atq; conuerſo[d].

Item in lib. de officijs.

¶ Quare elementorū ſpecies reſeruentur, cū vere ſit corpus Chriſti ꝛ ſanguis.

Forte[e] dicas, quomodo vera caro, quomodo verus ſanguis[f], q̄r ſimilitudinem nō video carnis, nō video ſanguinis veritatē? Primo oīm dixi[g] tibi de ſermone chriſti q̄ operaẗ vt poſſit mutare[h] ꝛ cōuertere genera et inſtituta nature; deinde vbi non tulerūt ſermonē chriſti diſcipuli eiꝰ, ſȝ audiētes q̄ carnē ſuā daret ad manducādum, ꝛ ſanguinem ſuum ad bibendum, recedebant: ſolus tamen Petrus dixit: Verba[i] vite eterne habes, et ego a te quomodo recedam? Ne igitur plures hoc[k] dicerent, et ne veluti q̄dam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia[l] redemptoris: ideo in ſimilitudine[m] quidem accipis ſacramētum, ſed vere nature[n] gloriam virtutemq; cōſequeris. Ego ſum (inquit) panis viuus, qui de celo deſcendi.

Item Augu. in expoſitione pſalmi. liiij.

¶ Non carnaliter ſed ſpiritualiter chriſti corpus et ſanguinē debemus accipere.

Prima[o] q̄dē (inquit[p]) hereſis in diſcipulis chriſti velut a duritia ei[q] ſermonis facta eſt. Cū em̄ diceret: Niſi quis mādūcauerit carnē meā ꝛ biberit ſanguinem meum, nō habebit vitam eternam: illi vero non intelligentes, dixerunt adinuicem. Durus eſt hic ſermo. q̄s eū poteſt mādūcare? ✝ Dicētes, durus eſt hic ſermo, ſeparauerūt ſe ab illo, et remāſit cum duodecim diſcipulis. Diſcedētibꝰ illis, inſtruxit eos qui remāſerunt. Spiritus[r] eſt (inquit) qui[ſ] viuificat caro[t] nihil prodeſt. verba que locutus ſum ad vos, ſpiritus et[v] vita ſunt: intellexiſtis ſpiritualiter?

f ¶ Sanguis. eſt in altari, vel creditur.
g ¶ Dixi. in alia parte capituli que non eſt hic, ſed eſt cap. revera.
h ¶ Mutare. ſ. e. revera. ꝛ. ȝ. e. quia corpus.
i ¶ Verba vite. i. tu ipſe es vita, ꝛ ita q̄ digne te ſumit, ſumit vitā eternā: ꝛ ꝓpter hāc ꝯfeſſionē meruit Petrus conſortiū celeſtis habitaculi. l. di. fidelior.
k ¶ Hoc dicerēt. Scilicet durꝰ eſt hic ſermo, et quis poteſt eum capere? et ita ſcandalizati de fide receſſerunt, quia fides non habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum: arg. de pe. diſt. iiij. in domo. Tribus ergo de cauſis ſumitur corpus Chriſti ſub alia ſpecie, et non ſub ſua viſibiliter, ſcilicet vt fides haberet meritum: vt hic. Et ne eſſet horror carnis et ſanguinis. Et ne ridiculum fieret paganis. ſ. e. panis ꝛc. ✝ Quarta etiam cauſa poteſt notari ibi, ne igitur plures ꝛc. Item quia non habemus in vſu carnem crudam comedere. ſ. e. quid ſit. in fi. Sed quare potius ſumitur ſub iſtis ſpeciebus panis et vini q̄ ſub alijs? quia iſte due ſpecies ſunt magis amice humane nature: preterea ſicut corpus principaliter his duobꝰ cibis nutriẗ, ita principaliter anima illo cibo, ſcȝ corpore chriſti ꝛ ſanguine paſciẗ. Jo.

✝ Iſte due cauſe aſſignanẗ hic. et. ſ. e. q̄d ſit. ꝛ hoc ca. panis.

l ¶ Gratia. i. gratis corpus datum.
m ¶ In ſimilitudine. i. in ſpecie panis ꝛ vini.
n ¶ Nature. ſcȝ corporis chriſti.

Prima inq̄t. ¶ Caſꝰ. Dicitur in hoc cap. primo q̄ in nouo teſtamento male ſenſerūt de corpore chriſti quidā eius diſcipuli. cū em̄ diceret: Niſi quis manducauerit carnē meā ꝛc. illi q̄ carnaliter intelligebāt, receſſerūt ab eo, dicentes: Durus eſt hic ſermo ꝛc. duodeci remāſerūt, q̄s ipſe docuit q̄ huiuſmodi verbū eſt ſpiritualiter intelligendū, et ſpiritualiter ſumptum reficere valet: ꝛ q̄ ſpiritualiter intelligi debeat, patet ex eo q̄ dixit ſe aſcēſurum vbi erat prius: ꝛ intelligitur q̄ integer aſcenſurꝰ erat, ꝛ q̄ nō dat corpus ſuum ad comedendum in ꝓpria forma, ſȝ in ſacramento, vt corpus non minueretur aliquo modo.

Joan. vj. d. — Joan. vj. f. — ✝ Audire.

o ¶ Prima. j. q. j. fertur. ✝ contra. ibi dicitur q̄ ſimonia fuit prima hereſis in eccleſia: ſed dic prima. i. precipua. j. q. vlt. patet.

✝ Etia. cum liqueat. vbi de hoc.

p ¶ Inquit. Caſus. Dum dominꝰ faceret ſermonem preſentibus apoſtolis et diſcipulis alijs, inter alia dixit: Niſi quis manducauerit carnem meam et biberit ſanguinem meum, non habebit vitam eternam: quidam diſcipuli propter duritiam ſermonis receſſerūt. tunc inſtruxit dominus qualiter hoc eſſet intelligendum, ꝛ maxime per id quod dixit: Cum videritis filium hominis aſcendentem ꝛc. ipſi enim intellexerunt q̄ per partes et in eadem forma deberent accipere corpus chriſti, et preterea q̄ conſumerent illud comedendo, hoc non eſſe faciendum declarat.
q ¶ Eius. ſcȝ Chriſti.
r ¶ Spiritus. i. ſpiritualis intellectus.
ſ ¶ Qui viuificat. i. prodeſt ad ſalutem.
t ¶ Caro. i. carnalis intellectus.
v ¶ Ut vita ſunt. i. ſpiritualē vitam conferunt. Uel ſpiritualiter intelligenti vita confertur.

a ¶ Et vita. Non enim carnaliter intelligendi ſunt ſpiritus et vita.
b ¶ Hoc corpus.i.non in eadem ſpecie vel groſſitie vel repreſentatione in qua me videtis: ⁊ pati videbitis: mãducabitis carnẽ meã: ⁊ ſanguinẽ meum bibetis: ſed in ſacramẽto.i.e.c.pro=ꝑi.⁊ ca.omnia.

qui viuificat: caro autem non prodeſt quicq̃. ⁊ loquitur Augu.in perſona domini quaſi ipſe Chriſtus exponat: dicens. Non hoc corpus ⁊c. Nec ſumetis corpus in propria hac viſibili forma: ſʒ ſub alia ſpecie inuiſibiliter. Si neceſſe.ſi,id eſt quamuis.

c ¶ Caro autem.i.carnalis intellectus carnalem intellectũ vocat eoꝝ intelligentiam q̃ dicũt vel credũt corpus Chr̃i per partes diuidi. Uñ ſubdit, ſed quõ ⁊c.
d ¶ Intellexerũt. ſcilʒ diſcipuli recedentes.
e ¶ Hoc vos. verba Chriſti vſq; ibi ſi ergo. Uel ſuſpenditur vſq; illuc. vbi erat.
f ¶ Si ergo ⁊c. Supple tunc intelligetiſ quid eſt hoc ꝙ corpus meuʒ in ſacramento do. et tũc legitur ſine interrogatione. Uel ſic ſupple tunc intelligetis quod dictũ eſt. poſtea verba ſunt Augu. interrogatiue dicentis: quid eſt hoc? q.d. quid ſibi vult hoc verbum dñi: ⁊ ſtatim ſubiũgit ſolutionẽ dicẽs h. ⁊c.
g ¶ Cum videritis. iterrogãdo hoc inſerit. Aug.
h ¶ Corpus. In tali forma: et per partes.
i ¶ Qr gratia.i. corpus ſuum gratis nobis datum.
k ¶ In quo. Scilicet ſub illa ſpecie in qua reſurrexit.

Joan. vi.d.

Joan. vi.f.

¶ et ſub eſt hic apoſiopeſis.i. defect9 locutio nis ſm Lau.

ſpiritus et vita ſunt. intellexiſtis carnaliter? etiã ſic illa ſpiritus et vita[a] ſunt: ſed tibi non ſunt ſpiritus et vita, q̃ ſpũaliter non intelligis. ſpiritualiter intelligite q̃ locutus ſum: non hoc corpus[b] qđ videtis, manducaturi eſtis: et bibituri illũ ſanguinem quem effuſuri ſũt qui me crucifigent. ſacramentum aliquod vobis cõmendaui. ſpiritualiter intellectum viuificat vos: caro[c] autẽ nõ prodeſt quicq̃. ſed quomodo illi intellexerũt, ſic reſponderũt. Carnem quippe ſic intellexerũt[d], ſicut in cadaucre vendit aut in macello dilaniaẗ. Sciens autẽ Jeſus ait. Hoc vos[e] ſcandalizat quia dixi: do vobis carnem meam manducare, et ſanguinẽ meum bibere. Si[f] ergo videritis filiũ hominis aſcendentẽ vbi prius erat quid eſt hoc? Hic ſoluit quod illos mouerat: hic aperit vnde fuerunt ſcandalizati, hic plane, ſi intelligerent. Illi autem putabãt erogaturum corpus ſuum. Ille dixit ſe aſcẽſurũ in celũ, vtiq; integrũ. Cũ videritis[g] filiũ hois aſcendẽtem vbi erat pri9: certe vel tũc videbitiſ q: non eo modo quo putatis erogat corpus[h] ſuũ: vel tũc intelligetis q: gr̃a[i] ei9 non cõſumitur morſibus. Itẽ donec ſeculũ finiaẗ, ſurſum dñs eſt: ſʒ tñ etiã hic nobiſcũ eſt veritas dñi: corp9 em̃ in quo[k] reſurrexit, i vno loco eſſe oportet[l]: veritas[m] autẽ eius vbiq; diffuſa eſt. Item Auguſt. in epiſtola ad Hireneum.

¶ Quo Chriſti corpus ꝗđ in cruce pependit accipitur, ⁊ quomodo non.

Non hoc corp9[n] qđ videtiſ, mãducaturi eſtis ⁊ bibituri illũ ſanguinẽ quem effuſuri ſunt illi qui me crucifigent. ipſum quidem, ⁊ non ipſum: ipſum[o] inuiſibiliter[p], et nõ ipſum[q] viſibiliter: Unde ⁊ ſubdiẗ. ſi neceſſe eſt illud celebrari viſibiliter, neceſſe eſt illud inuiſibiliter intelligi.

Item Auguſt. in ſermone de verbis euangelij.

¶ Quid ſit corpus xp̃i mãducare, et ſanguinẽ eius bibere.

Quid eſt Chriſtum mãducare? Nõ hoc eſt ſolum[r] in ſacramẽto corp9 eius accipere. multi enim indigne accipiunt: de quibus ait apoſtolus. Qui manducat et bibit calicem[s] domini indigne, iudiciũ ſibi manducat ⁊ bibit. Sed quomõ mãducãdus eſt Chriſt9? Quomõ ipſe dixit[t]: Qui em̃ mãducat carnẽ meã,

n ¶ Non hoc corpus. in hac groſſa ſubſtantia, et nõ in tali forma.
o ¶ Ipſũ. xxxviij. di. indignum.
p ¶ Inuiſibiliter. i. ſub ſpecie ſub q̃ non videtur. i. ſub ſpecie panis ⁊ vini
q ¶ Non ipſum. in ſua ſcʒ ſpecie, vt in ea ſenſib9 corporeis ſubijciatur.

¶ Alias corpus et ſanguis.

Quid ẽ. ¶ Caſus. Duob9 modis mãducatur Chr̃s. Uno modo ſacramẽtaliter: qđ ꝯpetit bonis ⁊ malis. Alio modo ſpiritualiter cũ per fidem ⁊ dilectionem cooperantẽ accipitur. hoc eſt tãtum bonoꝝ. Queri autẽ ſolet hic vtrum Chriſti corpus ſumatur cũ diuinitate ⁊ aĩa? h.d. ꝙ nõ ſumitur ibi diuinitas vel aĩa. Alij vt B. dicũt ꝙ ſumendo corp9 ſumo deitatẽ ⁊ animã: q: tu qui accipis carneʒ diuie ſubſtãtie ei9, i illo participas alimento. i.e. ſicut verus. Additio. Et melius etiam ſcđʒ theologos: q̃a et ſi ibi nõ ſit diuinitas per trãſſubſtantiationẽ, ⁊ tamen per concomitantiã ibi: vt not. ſ.e. comperimus. Archid.

Chriſt9 manducaẗ duobus modis.

Corp9 xp̃i vtrum ſumaẗ cũ diuinitate ⁊ anima.

i. Coꝛ. xi. g.

Joan. v.f.

l ¶ Oportet. in illa ſcʒ forma ⁊ repreſentatione in qua humanis et corporeis ſenſib9 ſubijci nõ valet. licet enim vbiq; ſit etiã in altari quolibet in vera forma quã de virgine ſumpſit: non tamen ſubijcitur corporeis ſenſibus.
m ¶ Ueritas. Id eſt verum corpus in forma panis in altari quolibet vbi conſecratur: et hoc eſt vbiq;: ſcilicet in quolibet altari vbi conſecraẗ. Uel veritas. i. diuinitas.
Additio. Unde dicit ipſe: celum et terram ego impleo. ⁊ alibi dicitur. Si aſcendero in celum ⁊c. Lau. Et ex iſtis verbis Augu. videtur ꝙ Chriſtus ſiue eius corpus ſit locale, vel ſit in loco, vel facit loci diſtantiam, vel ſit in loco loci definitione.

Non hoc corpus. ¶ Caſus. Hec ſunt verba Augu. exponentis illud verbum euangelij. Spiritus eſt

r ¶ Solũ. i. corpus Chriſti. quamuis enim ſit ibi deus ⁊ humanitas. i. anima ⁊ caro: ſolam tamen eius carnem ſemel in cruce immolatam quotidie in altari manducamus ſiue bibimus, non deitatẽ, nõ animã. in ſolam enim carnem panis conuertitur, ⁊ vinum in ſanguinem.
s ¶ Calicem. Totus integer mãducatur ⁊ ſumitur. i. e. inuitat. non tamen anima vel deitas: quia illa nõ pertinent ad eſum ⁊ potum. h.
t ¶ Ipſe dixit. Unde conceditur iſta: totus Chr̃s fuit in ſepulchro. i. in perſona humana. ſcilʒ ſecundum naturam humanitatis noſtre ſecundũ corpus. nõ tamen conceditur iſta: totũ id qđ Chr̃s erat, in ſepulchro erat: quia nõ eius anima: ⁊ ita ſm B. licet quis ſumat totum Chriſtum: non tñ eius animam vel animalitatem.

Deitas xp̃i non ſumiẗ.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

et bibit ſanguinē[a] meū, in me manet[b] et ego in eo. Et ſi indigne accipit ſacr̄m, acq̄rit tormentū magnū. Item Augu. in lib. de remedio penitentie.

**Credere in xp̄m eſt mādu-care et bibere Chriſtum.**

Ut qd paras dētem et ventrē[c]? Crede, & mā ducaſti: credere eñ in euȝ hoc eſt panē & vinū manducare. q̄ credit in eū, manducat eum.

Itē Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi.

**Sacr̄m et res ſacramēti ſa-crificium eccleſie conficiunt.**

Hoc eſt[d] qđ dicim⁹: qđ modis oīb⁹ approbare cōtēdim⁹: ſacrificiū eccl'e duobus[e] modis ꝯfici: duob⁹ ꝯſtare: viſibili elemētorum ſpecie, et inuiſibili dñi nr̄i Ieſu chr̄i carne & ſanguine: & ſacramento, & re ſacramenti[f] id eſt corpore[g] xp̄i: ſicut xp̄i pſona conſtat[h] & cōficitur ex deo & hoīe: cum ipſe chr̄s verus ſit deus, et ver⁹ ſit homo: q2 oīs res illarū rerū naturā & veritatē in ſe cōtinet, ex q̄b⁹ cōficit̄. Cōficitur aūt ſacrificiū eccl'e duobus: ſacramēto, & re ſacramenti. i. corpore chr̄i. eſt igit̄ ſacr̄m et res ſacramenti corpus xp̄i.

Item: Caro eius eſt quā forma[i] panis opertā in ſacramēto accipimus: et ſanguis eius quem ſub vini ſpecie et ſapore potamus: caro[k] videlȝ carnis et ſanguis[l] eſt ſacramētū ſanguinis: carne & ſanguine vtroq; inuiſibili[m], ſpūali, intelligibili ſignat̄ viſibile[n] dñi noſtri Ieſu chr̄i corpus, & palpabile plenum gratia omnium virtutum, et diuina maieſtate.

Item. Sicut ergo celeſtis[o] panis q̄ Chriſti caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti, cum re vera ſit ſacramentum corporis Chriſti, illius videlicet quod viſibile, quod palpabile, mortale, in cruce poſitum eſt: vocaturq; ipſa immolatio carnis que ſacerdotis manibus fit, Chriſti paſſio[p],

a ¶ Sanguinē. p̄ fidē & charitatē, quaſi qui eſt de vnitate eccleſie, quam caro & ſanguis meus ſignificat.
b ¶ Manet. id eſt mihi per dilectionem adheret: & ego per gratiam inhabitantem in eo maneo. de peni. diſtin. j. §. hoc idem. ver. reſuſcitatus.

Ut qd. ¶ Caſus. Ubi nō pōt haberi corpus chr̄i ſicut in ſacramento cōficit̄, ſufficit ſola fides: quia et tunc dr̄ q̄s chr̄m manducare.
c ¶ Uentrē. Uñde ſubaudi tantū. Uel vbi non poteſt haberi copia corporis domini: ſed non prohibet ſacramētaliter accipi corp⁹ domini: ſȝ quia neceſſitate inſtante, ei nō obeſt ſi nō accipit: ex q̄ per eum non ſtat. cū eñ credit, mādūcat ſpiritualiter: ſed non ſacramētaliter. s. ca pi. proxi.

Hoc eſt. ¶ Caſus. Sacrificiū eccl'e ex duob⁹ cōficitur, ſcȝ ſacramento. i. ſpecie panis et vini: et re ſacramenti. i. corpore xp̄i. ſicut ei due ſunt nature in xp̄o q̄ eſt de⁹ et homo, ita in ſacrificio eſt ſacr̄m & res ſacramēti. i. corpus xp̄i: qđ ſpūaliter itellectū ſub ſpecie panis & vini ſignificat corpus xp̄i olim viſibile et palpabile, et in humana forma intellectū. Immolatio que fit a preſbytero, improprie appellat̄ xp̄i paſſio, vel mors, vel crucifixio: non q2 ſit illa: ſed quia illā ſignificat. ſ̄m eandem improprietatem appellamus fidem ſacramentum fidei. i. baptiſma.

Caſum ponit. d ¶ Hoc eſt. ¶ Caſus. In p̄ma parte dr̄ q2 ſacr̄m eccl'e cōſtat ex duobus: ex viſibili elementorū ſpecie: & inuiſibili corpore & ſanguine xp̄i: qđ probat per ſīitudinē inductam ex pſona chr̄i, q̄ ex deo & hoīe conſtat. In ſcđa parte dr̄ q2 verā carnem & verū ſanguinē accipim⁹ ſub ſpecie panis & vini. In tertia parte dr̄ q2 celeſte ſacramentū quod eſt in altari, improprie dicitur corpus chr̄i: ſicut baptiſmus improprie dicitur fides. In quarta † dicit̄ duobus modis accipi corpus Chriſti.

† hanc quartā ptē non video. Archi.

e ¶ Duobus. i. duo cōtinere. i. duo ſimul eſſe in conſecratione facta. ſ. ſpecies viſibilis, & corpus inuiſibile.
f ¶ Et re ſacramēti. i. poſt ꝯſecrationē ſacerdotis: que ſacrificiū dicit̄: duo ſunt ibi. ſ. ſacramentum et res ſacramenti: que ante conſecrationem ibi non erant.
f ¶ Et re ſacramēti. Siue ſacrificiū h[illegible] dicitur ipſum ſacramentum, ſcilicet ſpecies viſibilis ipſa, ſiue corpus Chriſti ſiue ipſa immolatio corporis Chriſti: non eſt verum quod hic dicit: ſcilȝ q2 conſtat ex ſacramento, & re ſacramenti: quia ex his nihil conficitur: ſed tenētur collectiue pro ipſo ſacramēto & re ſacramenti. Et eſt impropria locutio. i. illa duo: ſicut et probatio eſt valde impropria que ſequitur Chriſti perſona conficitur ex deo et homine, id eſt Chriſtus eſt verus deus et homo. non enim ex deo et homine aliquid conſtituitur. vnde Auguſtin⁹. Chriſtus eſt vna pſona gemine ſubſtantie: quia deus et homo: nec deus hui⁹ perſone pars dici poteſt.

Chriſti pſona perficit̄ ex deo & hoīe.

g ¶ Corpore. q̄ſi in ſe habet diuinitatem et humanitatem: alterum naturaliter: alterū p vnionē. non eñ ex homine et deo aliquid conſtituitur: ſed ſicut ad conſtitutionem alicuius totius exigunt̄ ad minus duo: ita et ad hoc vt Chriſt⁹ ſit deus et homo, exigitur vt illa duo ſint i eo. i. humana natura et diuina. Nā & hac ſimilitudine dicitur cōſtare ex illis. ſimiliter ex ſacramento & re ſacramēti nihil cōſtituitur, ſed dicitur conſtare ex illis ſacrificium totaliter acceptum, ſcilicet vt quaſi collectiue accipiatur, quia ad hoc vt plenum ſit ſacrificium, illa duo oportet adeſſe.
h ¶ Conſtat. Id eſt eſt deus et homo. extra de heret. cum Chriſtus.
i ¶ Quam forma. Et ita non eſt panis. arg. j. c. panis. arg. contra. j. c. qui manducat.
k ¶ Caro. i. ſpecies panis ſub qua latet corpus Chriſti eſt ſacramentum Chriſti.
l ¶ Et ſanguis. i. ſpecies vini ſub qua latet ſāguis xp̄i, eſt ſacramentum ſanguinis Chriſti.
m ¶ Inuiſibili. dupliciter quidem manducatur Chriſtus: ſcilȝ in ſacramento: quod boni et mali faciunt. per fidem cooperantem: et per dilectionem: quod bonorum eſt duntaxat. Hugo. Et nota q2 in ſacramentis due ſunt res, corpus Chriſti, et vnitas eccleſie. ſ̄m q2 notātur hic duo modi manducandi, ſacramentalis et ſpiritualis. extra eo. cum Marthe.

Multa caſus dupli.

n ¶ Uiſibile. Scilicet quondam.
o ¶ Sicut ergo celeſtis panis. Id eſt celeſte ſacramētum: quod vere repreſentat Chriſti carnem, dicitur corpus Chriſti, ſed improprie. Unde dicitur ſuo modo, ſed nō rei veritate: ſȝ ſignificati myſterio: vt ſit ſenſus. Uocatur Chriſti corpus. i. ſignificat.
p ¶ Chriſti paſſio. Sub hac appellatione accipe carnē Chriſti et ſanguinem.

a ¶ Fides.i.fides vocatur.cum enim dicit,in fide parentum paruuli ſaluātur,intelligitur id eſt in baptiſmo ſuſcepto in fide parentum:ſimiliter pueri dicuntur fideles,non a fidei virtute,ſed a ſacramento fidei: vt.j.diſt. iiij.nihil. Additio. Adde q baptiſmus dicatur fides,qr eſt ſacramētum fidei, vt habetur.ſ. xlv.diſtinct. de iudeis.xlvij.diſtinct. ca.j.Archi.

pueri dicuntur fideles.

D Upliciter. ¶ Caſus. Dupliciter intelligitur caro z ſanguis chriſti.Uno modo intelligit ſpiritualiter. Uñ dicit dñs: Caro mea vere eſt cibus zc.Alio modo intelligitur de carne quaꝫ aſſumpſit de virgine, et que crucifixa fuit i cruce.Seq.ca.ptꝫ.

Joan. vj.f.

b ¶ Dupliciter i.telligitur .i. poteſt intelligi, ſm illam formã z quantitatem quam habuit in cruce,vel ſm q̃titatē corporis glorificati,quod ſpiritualiter videtur qd nulli ſenſui ſubiacet.ſ.e.in illo ſacramento.

i.cor. xj.c.

c Q Uia morte.¶ Huius ſcꝫ mortiſ z paſſionis chriſti in cuius memoriam hoc ſacramētum inſtitutū eſt.ſ.e.qr corpus.Archid.

xvij.ps

j. Pet. iij.c.

d ¶ Oblata.nõ in eadem forma.

Rom. vj.b.

S Emel Chriſtus. ¶ Hec eſt.xvij. pars diſt. in qua pbat q chriſtus ſemel mortu9 amplius mori nõ poteſt: veritas carnis ei9 z ſanguinis ſemper eſt in ſacramēto altaris,z probatur hoc per tria ca. Jo.de fan.

¶ Caſus. Quãuis Chriſt9 ſemel paſſus fuerit,z poſtq̃ reſurrexerit ſm apoſtolã ſit imortalis,tñ ſemel in anno repreſentat mors ei9 in eccl'ia in paſcha:in qua repreſentatione ſic afficimur,ac ſi fieret coram nobis.

Carmina ſingularia circa eucharistie ſacramentum.

e ¶ Et ſcimus.xxij.q.v.hoc videtur.

f ¶ Ne obliuiſcamini.argu.propter memoriam multa fieri.ſ.e.diſt.z dixit. Clauditur hoc vaſe noſtri pia victima phaſe.Uiua,ſalutar',ſemel in cruce,ſemper in ar'. Quos recreas Jeſu tam ſacri corporis eſu. A vitijs mũda ſacrati ſanguinis vnda. Hic editur Jeſus, remanet tamen integer eſus. Res occultatur:quare? quia ſi videatur. Forſitan horrores,z manducare timeres. Ut ſine ſubiecto depēder in aere nubes. Et centrum terre pelagi ſuſtētat abyſſos. Sic vini color et ſapor eſt,pondus quoq; panis.

g ¶ Repreſentat,quia tunc legit paſſio dñi,et plenius oĩa que in eius paſſione acta ſunt,ad memoriã reducuntur. Forte dicit de his que fiunt in paraſceue,et de ſalutatione crucis, vel ſm aliquarum eccleſiarum conſuetudinem que ſolēt paſſionē repſentare z reſurrectionē.

mors,crucifixio nõ rei veritate,ſed ſignificāte myſterio: ſic ſacramentũ fidei quod baptiſmus intelligit,fides[a] eſt.

H ieronȳ.in ep'la ad Ephe.

¶ Quot modis caro Chriſti intelligatur.

D Upliciter intelligitur[b] caro Chriſti z ſanguis vel ſpiritualis illa atq; diuina, de qua ipſe ait: Caro mea vere eſt cib9,z ſanguis me9 vere eſt pot9.z, Niſi carnē meã mãducaueritis z biberitis ſanguinem meum,non habebitis vitam eternã. Uel caro mea que crucifixa eſt,z ſanguis q̃ militis effuſus eſt lancea.

I tem Augu.in lib.de trinita. ad Corinthios.

¶ De eodem.

Q Uia morte dñi liberati ſum9,huius[c] rei memores in edendo et potando carnem z ſanguinem que p nobis oblata[d] ſunt,ſignificamus.

I tem in pſalmo vigeſimo.

¶ Qũo chriſt9 ſit imolat9 ſemel,z qũo quotidie immolat.

S Emel chriſt9 mortu9 eſt iuſtus pro iniuſtis,z ſcimus[e],z certũ habem9,z ſpe immobili retinem9:qr chriſt9 reſurgēs a mortuis,iam nõ mor' rit,mors illi vltra non dñabit: verba iſta apoſtoli ſunt,tamē ne obliuiſcamini[f] quod ſemel factum eſt,in memoria noſtra ſit:omni anno quotiēs paſcha celebrat,nunq̃d totiēs chriſt9 occiditur? Nõ,ſed anniuerſaria recordatio repreſentat[g] qd olim factum eſt,et ſic nos facit moueri tanq̃ videam9 preſentem dñm in cruce.

I tē in lib.ſentētiarũ pſperi.

S Emel immolatus eſt in ſemetipſo[h] chriſt9,z tamē quotidie immolat[i] in ſacramēto:qd[k] ita intelligēdum eſt, qr in manifeſtatione ſui corporis,in diſtinctione ſuoꝝ membroꝝ oĩm verus deus z verus homo ſemel tm̃ in cruce pependit,offerens patri ſeipſum hoſtiã viuã z paſſibilem mortalē viuorum z mortuorum redemptionis efficacē: eoꝝ ſcꝫ quos altitudo[l] diuini conſilij redimendos iudicauit,preſciuit[m], predeſtinauit,vocauit, modis atq; temporibus quibus id fieri congruebat.

I tem Ambro.in epiſtola ad Hebreos.

¶ Hoſtia q̃ ſemel oblata eſt, in recordationem ſue mortis quotidie offertur.

I N xp̃o ſemel oblata[n] eſt hoſtia ad ſalutē ſempiternã potens: quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus[o]? ſed ad recordationē mortis eius:et vna eſt[p] hoſtia, non multe. Quomodo eſt vna non multe? Quia ſemel obla-

S Emel. ¶ Caſus. Chriſt9 ſemel immolat9 in ſeipſo,id eſt in humana z viſibili forma,efficax et ſufficiens hoſtia fuit p omnibus quos redimēdos eſſe predeſtinauit: et licet tantum ſemel fuerit paſſus,tamē q̃tidie immolatur in ſacramento.

h ¶ In ſemetipſo. id eſt paſſus in ꝓpria perſona in forma humana.

i ¶ Immolatur. id eſt ei9 immolatio repreſentatur, z ſit memoria paſſionis.

k ¶ Quod, ſcꝫ q ſemel zc.

l ¶ Altitudo.chriſtus mortu9 eſt p omnibus quo ad ſufficientiam, non eſt. quo ad effectum. efficax eñ fuit quãtum in redimente, ſed per eos ſtetit q̃ ſe indignos fecerũt, mortu9 eſt ergo, vt hic dicit,pro ſolis predeſtinatis quo ad effectũ,ſed quo ad ſufficientiam p omnibus.† Chriſt9 p oĩb9 mortu9.

† viij.q. j.in ſcripturis.

m ¶ Preſciuit.in bona ſignificatione.L.

I N chriſto. ¶ Caſus. Dicit Ambro.in hoc ca.q hoſtia que ſemel p nobis oblata eſt in ara crucis quotidie offertur in ſacramento:et licet in multis locis offeratur, vna eſt tamen hoſtia,et non plures: vnum eſt ſacrificium,et non plura:ad memoriam et repreſentationem illius [illegible] olim factum eſt,quotidie z in pluribus locis iteratur ſemper:idipſum,immutabile.

n ¶ Oblata.i.corp9 chriſti oblatũ eſt in ara crucis.

o ¶ Offerimus.quotidie offerendo.

p ¶ Et vna eſt.i.vnius paſſionis repreſentatio,nõ mul

†.i.de vno. nã tot ſunt fides ꝗt ſunt ho mines fi deles, ſm L. | tarum, ſicut dicitur vna fides.†
a ¶ Idipſum. immutabile ⁊ perpetuũ. ſ.e.di.c.q: corpus. vt perpetua eſſet redẽptionis oblatio, q: huic aliud ſacrificiũ nõ ſuccedit, vt ſacrificijs legalibus, quibus ſacrificium no. teſta. ſucceſſit. q.d. iſtud non mutatur, quia idẽ eſt quod fuit, ⁊ ideo ipſum ſemper idipſum. B.
b ¶ Plenꝰ. Quia in ꝗlibet parte eſt totꝰ. ſ.e. vbi ꝗs eſt.
c ¶ Unum. i. vna forma confectum, et tamẽ plura ſunt ſacrificia.
d ¶ Ille, vt. ſ.e. quia.
e ¶ Hoſtiam. ſcȝ ſeipſum. vnde verſus. Rex ſedet i cena turba cinctꝰ duodena. Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.
Chriſtꝰ ſeipſuȝ cõmunicauit. | f ¶ Conſumi. Et ideo ipſum ſemper idipſum. B.
‡ vt pe. | g ¶ Hoc enĩ facite. dicũt quidã‡ ꝙ per hec verba dñs apl'os ordinauit, Hoc facite ⁊c.

Liquido apparet.¶ Hec eſt. xviij. pars di. in qua dr ꝙ ideo dñs vltimo ſuũ corpus nobis cõmẽdauit, vt melius memorie cõmendaretur. Jo. de fan.
xviij. pars.
¶ Caſus. Quidã reprehẽdebãt hoc ſcilȝ ꝙ fideles accipiũt corpꝰ chriſti ieiuni: q: dñs hoc dedit diſcipulis ſuis nõ ieiunis, ſȝ pranſis: cõtra hos dicit ꝙ dñs ideo fecit ad extremũ, vt magis in memoria haberetur hoc ſacramẽtuȝ, nec iuſſit ꝙ ita fieret, q: nemo mutaſſet, ſed apoſtolis hoc determinandum reliquit: ⁊ Paulus illos redarguit qui ſacramentũ cum cibis ſumebant, ⁊ in epiſtola de hoc docuit, ⁊ alia ſe determinare promittit: vnde intelligit eum determinaſſe hoc quod tota tenet eccleſia.

tus eſt chriſtꝰ. Hoc autẽ ſacrificiũ exẽplum eſt illiꝰ: idipſum, ⁊ ſemper idipſum[a]: proinde hoc idẽ eſt ſacrificiũ. Alioqn diceretur: quoniã in multis locis offert, multi ſunt chriſti: nequaꝗ̃ ſed vnꝰ vbiqȝ chriſtus, ⁊ hic plenꝰ exiſtens, ⁊ illic plenus[b]: ſicut enim quod vbiqȝ offert, vnum[c] eſt corpus, et non multa corpora, ita et vnum ſacrificiũ. Põtifex autẽ ille[d] eſt q̃ hoſtiã[e] obtulit nos mundantem. Item ipſam offerimus etiam nunc que tũc oblata eſt, conſumi[f] nõ poteſt. Qđ nos facimꝰ, in cõmemoratione fit eius qđ factum eſt: hoc enĩ facite[g] (ait) in meã cõmemorationẽ.

Item Aug. in lib. reſponſionum ad Januarium.

¶ Sacramẽtũ corporꝭ xpi nõ niſi ieiuni debemꝰ accipere.

Liquido apparet quando primo acceperũt diſcipuli corpus et ſanguinẽ dñi nõ eos accepiſſe ieiunos: nunquid tñ ꝓpterea[h] calumniãdũ[i] eſt vniuerſe eccleſie ꝙ a ieiunis ſemper accipit: Ex hoc enim placuit ſpiritui ſancto vt in honorẽ tanti ſacramenti prius in os chriſtiani dominicũ corpus intraret ꝙ̃ ceteri cibi. Nã ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur[k]. Neqȝ enĩ quia poſt cibos dñs dedit, ꝓpterea pranſi aut cenati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conueniré debent: aut ſicut faciebant ꝗs apoſtolus redarguit ⁊ emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namqȝ ſaluator[l] quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere[m] cordibus et memorie diſcipulorũ a quibus erat ad paſſionem digreſſurus[n]: ⁊ ideo nõ precepit quo deinceps ordine ſumeretur, vt apoſtolis per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret[o] hunc locum. Nã ſi hoc ille monuiſſet vt poſt alios cibos ſemper reciperetur: credo ꝙ eum morem nemo mutaſſet[p]. Cum vero ait apoſtolꝰ de hoc ſacramento loquẽs. Propter qđ fratres cũ conueneritis ad manducandũ[q], inuicem expectate: ſi ꝗs eſurit domi mãducet, vt non ad iudicium conueniatis: ſtatim ſubtexuit que ad eiuſdẽ ſacramenti ordinem pertinent, ſcȝ quomodo ieiuni ⁊c. Cetera autẽ cũ venero, ordinabo. Ubi datur intelligi q: multum[r] erat vt epiſtola totum illis agẽdi ordinẽ inſinuaret[ſ]: qđ vniuerſa per orbẽ ſeruat eccleſia, ab ipſo ordinatũ[t] eſſe, quod nulla orarũ[v] diuerſitate variatur.

Item Ambro. in libro de ſacramentis.

¶ Ante conſecrationẽ eſt panis, ſȝ verbis chriſti in eiꝰ corpꝰ mutat.

Panis eſt (

‡ Al'as inſtructio. | h ¶ Propterea, nõ ergo oĩs chriſti actio nr̃a eſt lectio.‡ ſ. di. iiij. ꝓprie. xiiij. q. v. dixit.
i ¶ Calũniandũ. i. calũnia eſt imponenda.
† vt. vij q. j. nihil | k ¶ Seruatur. Nunquid quis ꝯficeret pranſus? h.d. ꝙ nõ, licet ſecus dicat in alijs ſacramentis. B. vero dicit cõtra, ⁊ ego: lȝ fieri non debeat,† q: vt hic colligitur, non eſt ieiunium de ſubſtãtia, al's non ꝯfeciſſet †dñs.
†al's cõſecraſſet.
l ¶ Nãqȝ ſaluator. Non redditur hic ratio quare poſt cenã chriſtꝰ corpꝰ ſuũ dedit, ſed tñ quare poſt oĩa, i. vltimo loco. Si ergo queris quare poſt cenã corpus ſuum ⁊ ſanguinẽ chriſtꝰ dederit. Reſpon. ideo cenatꝰ dñs cenatis diſcipulis corpꝰ ſuũ tradidit, vt in hoc ſacramento cõſummationem omniuȝ ſacramentorum veteris teſtamenti, et agni paſchaliſquẽ ante manducauerat, ⁊ ceterorꝫ monſtraret.
Chriſtꝰ quare poſt cenã ſuũ corpus dedit.
m ¶ Infigere. nã et pacta nouiſſima ⁊c. C. de pac. pacta. arg. ꝯtra. ſ. de pe. diſt. ij. principium. ver. primo. et docet Tullius in rhetoricis, validiora argumẽta in principio et in fine eſſe proponenda: illud enĩ procedit qđ nouiſſime fit. ff. de acqui. poſ. ſi quis aute conduxit.
n ¶ Digreſſurꝰ, quoniã ipſe dixit: Uos oẽs fugietis, ⁊ ego vadã immolari pro vobis. j. cõ. xj. q.
o ¶ Seruaret. argu. quod canon nõ determiat, nos determiare poſſumꝰ: vt. xxij. q. v. hoc videtur. xxxiij. qõ. ij. quos deꝰ. ff. de teſta. queſitũ. ar. contra. ij. qõe. v. conſuluiſti.
p ¶ Mutaſſet. qđ enĩ dñs iubet, bonus ſeruus nõ mutat. xxviij. qõe. j. ſic enim. cir. prin.
q ¶ Ad manducandum. corpꝰ domini. xix. pa
r ¶ Multum. hoc multũ reſpicit illđ, cetera autẽ.
ſ ¶ Inſinuaret. đ his qui debeant ordinari.
t ¶ Ordinatum. ſi. xij. diſt. illa.
v ¶ Orarum. i. regionum.

Panis eſt. ¶ Hec eſt. xix. pars di. in qua ꝓbat ex quibus verbis conficiatur corpus Chriſti, et qualiter manducetur. Jo. de fan.
¶ Caſus. Queſitum fuit ab Ambro. quomodo de pane fit corpꝰ chriſti? Et rñ. ꝙ per cõſecrationẽ fit panis chriſti corpꝰ: cõſecratio ꝟo fit per ꝟba chriſti. ſ. Hoc eſt corpꝰ meũ. hic eſt ſanguis meus. quibꝰ chriſtus tantã vim con:

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tulit, q ad eorum prolationem panis fit corpus Chriſti, et vinum ſanguis. remanent tñ ſpecies panis ⁊ vini, ſub quibus latent ⁊ operiuntur caro ⁊ ſanguis: ne in ſumendo eſſet horror ſi ſpecies crude ⁊ viue carnis ⁊ crudi ſanguinis appareret. ſic ponit h. caſum, excepto eo qđ ponitur in pricipio. §. Bene. vero ſic ponit. Queritur quomodo de pane fit corpus chriſti. ⁊ reſpondet, v̄bis xpi. Alia que adduntur, laudes ſunt ⁊ orōnes: ſz ſermo Chriſti quo omnia ſunt creata, panem ⁊ vinum in carnem et ſanguinem cōuertit: quāuis non appareat ibi caro vel ſanguis. Et q ſacramentū conficiatur verbis Chriſti pbatur per verba que pbr̄ profert in miſſe ſecreta.

a ¶ Panis eſt in altari. In pma pte dicit q ad prolationem illius forme: hoc eſt corp⁹ meū ⁊c. panis et vinum tranſeunt in corp⁹ et ſanguinē Chriſti: ⁊ hoc ppt illorum verborum Chriſti efficaciā. ille em̄ qui ex nihilo creauit omnia, ſat pōt hoc ſic cōmutare. In ſecūda parte reſpondet cuidā obiectioni quare nō ſumitur in eadē forma in q̄ chriſt⁹ paſſus eſt. In tertia ponit verba illa ad que fit tranſſubſtantiatio, reliqua de ſolēnitate eſſe occulte oſtendēs. In quarta pbat nos in altari accipere verū corpus Chriſti auctoritate eiuſdē.

Gen. i.

Chriſti, ſtatim ſpecies panis incipit ſignificare corpus Chriſti, ⁊ eſſe ſacramentum. cum autē nihil ſignificaret tunc non erat ſacramentum. non tamen panis vel ſacramentū vel corp⁹ Chriſti cōſecratur precib⁹: ſed in ſacramētum quod eſt corpus Chriſti, panis fit tranſſubſtantiatio.

in altari[a] vſitatus ante verba ſacramētorū[b]. vbi acceſſit conſecratio, de pane[c] fit caro chriſti hoc igit̄ aſtruamus. Quomodo autem poteſt qđ panis eſt, eſſe corp⁹ Chriſti? cōſecratio autē quibus[d] verbis, ⁊ cuius ſermonib⁹? Dñi eſt Jeſu. Nā per reliqua oīa que in ſuperioribus a ſacerdote dicuntur, laus deo refertur: oratione petitur p populo, pro regibus, pro ceteris. Ubi autē ſacrificium conficitur: iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſz vtit̄ ſermonibus Chriſti: ergo ſermone Chriſti hoc cōficit̄[e] ſacramentum[f]. Quis ſermo[g] Chriſti? Hic quo[h] facta ſunt oīa. Juſſit dñs: ⁊ facta ſunt celum ⁊ terra ⁊ mare. Uides ergo quomodo operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermōe dñi Jeſu, vt inciperet eſſe qđ nō erat: q̄to magis operatorius eſt vt ſint que erant[i], ⁊ in aliud cōmutētur? ⁊ ſic qđ erat panis añ cōſecratione, iā corpus[k] Chriſti eſt poſt cōſecrationem: q: ſermo Chriſti creaturā mutat, ⁊ ſic ex pane fit corpus Chriſti: ⁊ vinū cum aqua in calice mixtum fit ſanguis conſecratione verbi celeſtis. Sed forte dicis. Speciem ſanguinis non video: ſz habet ſimilitudinē[l]. Sicut enim mortis[m] ſimilitudinem[n] ſumpſiſti: ita etiā ſanguinis[o] ſimilitudinē bibis, vt null⁹ horror cruoris ſit, ⁊ preciū tamen redēptionis operetur. Didiciſti q: accipis corp⁹ Chriſti. vis ſcire q: verbis celeſtib⁹ conſecrat̄? Accipe que ſunt verba dicit ſacerdos. Fac nobis (inquit) hāc oblationem aſſcriptā, rationabilē ⁊c. Inde oīa illa euāgeliſte ſunt vſq ad id. Accipite ſiue corpus ſiue ſanguinem. inde v̄ba ſunt Chriſti. Accipite et bibite ex hoc oēs: hic eſt ſāguis meus. Uide ſingl'a. Qui pridie q̄ pateretur, accepit (inquit) in ſanctis manib⁹ panē. Anteq̄ cōſecret̄, panis eſt: vbi autē verba Chriſti acceſſerunt, corpus Chriſti eſt. deinde audi dicentem. Accipite et edite ex hoc oēs. hoc eſt em̄ corpus meū. ⁊ ante v̄ba Chriſti calix eſt vini ⁊ aque plen⁹: vbi v̄ba Chriſti opata fuerunt, ibi ſanguis efficitur: qui plebem redemit. Ergo vide q̄ potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa[p] conuertere. deinde ipſe Chriſt⁹ teſtificatur q corpus ſuū ⁊ ſanguinē ſuū accipiamus, de cuius fide et teſtificatione dubitare non debemus. Item.

¶ Nō corpus, ſed anime ſubſtātiā fulcit panis vite eterne.

Non iſte panis eſt q̄ vadit[q] in corp⁹, ſed panis

g ¶ Quis ſermo. i. qua vi ⁊ qua potentia hoc facit corpus Chriſti? ea. ſ. qua creauit cūcta.

h ¶ Quo. i. Qua poteſtate facit? et ita querēdo ſoluit h. hoc tamen eſt impoſſibile q panis ſit corpus Chriſti, ſed talia verba ad ſanum intellectum ſunt intelligenda.

i ¶ Que erāt. anteq̄ conſecrarentur, ſed eſſe deſierunt. † ſicut enim ſapor aque permixte calici deſinit eſſe, ita ſubſtātia panis deſinit eſſe conſecratiōe ſuperueniente.

† Quātum ad ſubſtantiam. ſm Archi.

k ¶ Jam corpus. id eſt corpus chriſti tranſit accedente Chriſti forma, ita vt poſt cōſecrationem non ſit iam ibi panis, ſed verū corpus Chriſti.

l ¶ Similitudinē. Id eſt tantū ſignificat. Addicio. Uel dic vt. ſ. dum frangitur.

m ¶ Mortis. i. repreſentationis mortis ſue paſſionis.

n ¶ Similitudinem. i. ſpeciem ſub qua latet corpus Chriſti mortuum pro nobis: ad ſimilitudinem cuius et nos pro ipſo mori debemus ſaltem in peccatis.

b ¶ Sacramentorum. Pluraliter dicit propter ſpecierum pluralitatem, vnum tamen eſt ſacramentum, † q: vnus ſub vtraq ſpecie eſt Chriſtus.

c ¶ De pane. Id eſt panis tranſit in carnem ⁊ corpus Chriſti, ⁊ hoc eſt per conſecrationem. ſ. e. panis. ⁊ habetur. ſ. e. qui manducant.

d ¶ Quibus. Quaſi dicat attende cuius verba ſunt, et videbis.

e ¶ Cōficitur. i. tranſire facit ſubſtātiam panis et vini in verum corpus, ⁊ in verum ſanguinem.

f ¶ Sacramentū. Dū panis eſt, nullū eſt ibi ſacramētū, quia nihil ſignificat: ſed cū incipit tranſire in corpus

Sacrm altaris pōt dici ſacra. † de h° [illegible] c. operi [illegible] videas Archi. panis [illegible] cōſecratio: nē nō ē ſacrm.

o ¶ Sanguinis. Non colore, ſed repreſentatione.

p ¶ Uniuerſa. i. vinum et aquam.

q ¶ Non iſte panis eſt qui vadit. i. non incorporatur ſicut ceteri cibi qui in ſtomacho digerūtur. Uel non deſcēdit in ſtomachū ſicut ille cibus corporalis. Uel nō trāſit in ſuſtētationē corporis ſicut ille. Eſt em̄ cibus aīe, nō corporis, vnde ſubaudit̄, ſed ⁊c. hug. ſpecies tamen bene vadūt in corp⁹. † Sed nunqđ ibi eſt ſacramētū? Nō q: [illegible] ibi eſſe corp⁹ Chriſti: ⁊ tādiu eſt ibi ſacramētū q̄diu eſt corp⁹ Chriſti. Sz q̄diu hoc ſit. i. vſq ad quem locū procedat per gulam, neſcio. Sed licet nō ſit ſacramētum cum eſt in corpore, ſi tamen euomuerit

† de h° no. ſ. e. diſ. in c. trib⁹. in glo. ſed nec ſpecies ibi videas] et ca. ſi quis p ebrietātē. arc.

Illud, cum veneratione eſt ſeruandum, qꝛ ſacr̄m fuit.
Addictio. In hac glo. ſ. ibi: neſcio. dicit hug. hoc de⁹ no: uit. ſed credit ꝙ tandiu corpus Chriſti ſit in ſumēte do: nec ſpecies in oze ꝛ ſapoꝛ eius non ſentitur: qđ fit ex quo tranſglutit, ſtatim deſinit eſſe ſacramētū, ꝛ corp⁹ Chri: ſti deſinit eſſe in ſu mente ſm̄ hug.

amplius mori non poteſt ſiue manducetur ſiue non.
k ¶ Partes. ſ. ea. diſt. ego berengarius. contra.
l ¶ Sic fit. i. ſacramētum per partes diuidit: ſub quo totum ꝛ integrum Chriſti corpus latet.
m ¶ Manducent. Quia in ſacramento.

vite eterne: q̇ aīe nr̄e ſubſtan: tiam fulcit. Iſte panis quoti: dian⁹ eſt. accipe quotidie[a] qđ quotidie tibi pꝛoſit. ſic viue, vt quotidie merearis accipere[b].

Item Auguſt. in epiſtola ad Hyreneum.

¶ Etiam ſecundum carnem Chriſtus eſt panis viuus.

Chriſtus panis eſt: de quo q̇ manducat, viuit in eternum. de quo ipſemet di xit: Et panis quem ego dabo caro mea eſt ꝓ mūdi vita ꝛc̄. determinat quō ſit panis, nō ſolū ſm̄ verbū quo viuūt oīa: ſed ſm̄ carnem[c] aſſumptā pꝛo mundi vita. humana enī caro que erat peccato moꝛtua, car: ni[d] mūde vnita[e] incoꝛpoꝛata, vnum cum illa effecta, viuunt de ſpiritu eius, ſicut vnū coꝛ: pus de ſuo ſpiritu. qui ꝟo non eſt de coꝛpoꝛe Chriſti, non vi: uit de ſpiritu Chriſti.

Item Auguſtinus.

¶ Quō Chriſtus viſibiliter in ſacramentis, ſpūaliter man ducatur et bibitur.

Qui manducāt et bibūt Chriſtū, vitam mandu cant ꝛ bibūt. Illū mādu care, eſt refici: illum bibere, eſt viue re. Qđ in ſacramēto[f] viſibili ter ſumit: in ipſa ꝟitate[g] ſpiri: tualiter māducat[h] et bibitur. Māducatur[i] Chriſtus: viuit manducatus: qꝛ reſurrexit oc ciſus. Nec quando manduca: mus, partes[k] de illo facim⁹: et quidē in ſacr̄o ſic fit[l], et noꝛūt fideles quō manducent[m] car: nē Chriſti: vnuſquiſqꝫ accipit partē[n] ſuaꝫ[o]: vn̄ et ipſa gratia partes vocātur. Per partes[p] manducat, et manet integer[q] totus in coꝛde tuo. Tot⁹ erat apud patrem quādo venit in virginem. impleuit illam, nec receſſit ab illo. qđ videtur[r] pa nis eſt[s] ꝛ calix: qđ etiam oculi renunciant[t]. qđ aūt[v] fides po ſtulat[x] inſtruenda, panis[y] eſt coꝛpus Chriſti, calix ſanguis. iſta ideo dicunt ſacramenta[z]: qꝛ ī eis aliud videt, ꝛ aliud in: telligitur qđ videt, ſpeciē ha: bet coꝛpoꝛalem: qđ intelligit, fructū habet ſpiritualem: qui accipit myſterium vnitatis, et nō tenet vinculum pacis: non myſterium accipit pꝛo ſe: ſed teſtimonium contra ſe.

Item ſuper Joannem.

¶ Quomō ſpiritualiter coꝛ pus Chriſti ſit accipiēdum.

Credere ī Jeſum xp̄m hoc ē māducare panē viuum. qui credit[a], māducat. Inuiſibiliter ſaginat: qꝛ inui: ſibiliter renaſcit[b]. et qui man: ducat carnē meā, et bibit meū ſanguinem: habet vitam eter: nam. Participatiōe enim filij veritate vtrumqꝫ ſub vtroqꝫ latet.

a ¶ Quotidie. ſ. e. diſt. quotidie. et ca. ſi quotiēſcūqꝫ.
b ¶ Accipere. Si ſit ſacerdos. ſi lai: cus, tpe ꝯſtituto † vel potius myſti: ce ſpiritualē notat ſumptionē. Unde glo. ibi: accipe quo tidie. i. quotidie te pꝛepara habilē ad ſuſcipiendum.
Chriſtus pa: nis eſt. ¶ Caſus. Chriſtus dici: tur eſſe panis non ſolum ſm̄ ꝙ deus eſt viuificans oīa: ſed etiā ſm̄ qđ eſt homo in carne aſ: ſumpta pꝛo nobis ꝑ quā aſſumptio: nem vnit ꝗs Chri: ſto, et viuit de ſpū ſctō ſicut vnū coꝛ: pus de ſuo ſpiritu vnū coꝛpus cū illa carne, vel vnū coꝛ: pus cum Chriſto.
c ¶ Scōm carnē. ſm̄ quaꝫ eſt panis hominum. ‡
d ¶ Carni. Chri: ſti. ſpūali. i. eccl̄ie.
e ¶ Unita. Per participationeꝫ in eccleſia.
Qui mandu: cāt. ¶ Caſ⁹. Querit cū Chriſt⁹ in ſacramēto man: ducetur, et in par: tes diuidatur, quo modo dicit vnus ꝛ integer eſſe? Et re ſpondet. nō eſt mi: rum ſi manducatus viuit: quia occiſus reſurrexit: ꝛ par tes que fiunt in ſacramento, non fiunt de illo: ſub illis ta men aſſumit totus ꝛ integer: ſicut remanſit totus apud patrem cum deſcēdit de celo in virginem: et ideo dicitur ſacramentum: quia aliud apparet, ꝛ aliud intelligitur ꝛ ſumitur. qui autem non eſt in vnitate eccleſie, non pꝛo: deſt ei ſumere coꝛpus Chriſti.
f ¶ In ſacramento. i. in ſpecie panis ꝛ vini viſibili.
g ¶ Ueritate. Id eſt vera caro ꝛ ſanguis Chriſti inui: ſibiliter manducatur.
h ¶ Manducatur. i. modo manducandi ſumitur: ꝛ ita intellige omnes tales pꝛoceſſus.
i ¶ Manducat. Nec mirū: qꝛ ſurrexit ‡ occiſus. ergo

n ¶ Partem. To tū coꝛpus Chriſti ſub parte ſpeciei.
o ¶ Suā. Et ſub illa totū Chriſtū.
p ¶ Per partes. Gloꝛificatū quidē coꝛpus aliquam le ſionē poſt reſurre: ctionē pati non po teſt. xj. q. ōne. iij. ſe: cundum.
q ¶ Integer. Si credis. Addictio. i. per fidē: q̄a crede: re debes ipm̄ ſem: per integrū mane: re, et non ꝑ partes diuidi. Archid.
r ¶ Uidet. quia ſpecies panis ꝛ vi: ni videtur.
s ¶ Panis eſt. i. ſpēs panis et ſpe: cies calicis.
t ¶ Renūciant. i. oſtēdūt ꝛ ꝓbant.
v ¶ Quod autē. Id eſt ſed.
x ¶ Poſtulat. no: minib⁹ partiū ap: pellatur coꝛpus et ſanguis chriſti. Ul̄ ipſe ſpecies que ꝑ partes diuidūtur, vocant coꝛp⁹ ꝛ ſan guis Chriſti: ſed ſi gnificati myſterio vt. ſ. eo. hoc eſt.
y ¶ Poſtulat. id eſt quod fideles in ſtruuntur debere credere.
y ¶ Panis. i. ſub ſpecie panis latet coꝛpus Chriſti: et ſub ſpecie vini ſan guis per ſignifica: tionem. nam in rei

z ¶ Sacramenta. ſ. j. q. j. multi ſecularium. †
Credere. ¶ Caſus. Qui credit in Chriſtū, ſpiritua liter māducat eum, ꝛ viuit in eternū: nec tn̄ ſacra: mentaliter ſumit coꝛpus dn̄i ſicut faciunt mali, ſed eius participatione fit membꝛū Chriſti: et eius ſpū vegetat: et ad deum tendit, ad quem mali non accedunt.
a ¶ Qui credit. Diligendo eum ſuper oīa: ſcꝫ ſperan: do eum ſibi dari in pꝛemium: ponendo totam ſpem in eo incoꝛpoꝛat ſibi Chriſtum per fidem ꝛ dilectionē ꝛ ſpem. de peni. diſt. ij. charitas.
b ¶ Renaſcitur. Puta per baptiſmum, vel per eucha: riſtiam cum digne ſumit.

† ex̄ de penit. ꝛ re. cap. omnis.
Joan. vj. c.
‡ q. d. ꝑ hoc ē fa ctus nr̄ panis ꝛ ſuſtēta: tio: ꝛ vi ta nr̄a: qꝛ aſſū: pſit car nē nr̄aꝫ Archi.
‡ Sub. qꝛ mai⁹ fuit, et ita iſtō: qꝛ nō ē caſuale ſꝫ ꝓba: tio a ma iori. Ul̄ dic ꝙ ē caſuale quia ſe: mel eſt moꝛtu⁹ ꝛ reſur rexit ad īmoꝛta litateꝫ: & āpli⁹ ꝛc. vt ſe quit in glo. ſm̄ Jo. ö. f.
Coꝛp⁹ gloꝛifica: tuꝫ leſi nō pōt.
† Illis q̄ſtio ſacrā ... Coꝛp⁹ ... facile com dere.

